



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De speciebus Timoris. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

dus. Quod semper sit timendum, ostendit Bernardus super Cant. dicens: Quum adeat gratia, time ne non dignè operem ex ea. Amplius time subtracta gratia, quia relinquit te custodia tua. Si redierit gratia, multo amplius tunc timendum, ne forte contingat pati reciduum. Recidere enim quam incidere terius est, iuxta illud Ioannis 5. Ecce iam sanus factus es: non amplius peccare, ne deteris tibi aliquid contingat. ¶ Alia causa timoris possunt assignari. Quarum prima tangitur in Psal. Delicta quis intelligit? Delictum dicitur peccatum omissionis à delinquendo. Multi verò sunt, qui licet non committant peccatum mortale, nesciunt tamen utrum omittendo mortaliter peccent. ¶ Alia causa timoris potest esse, quia multa dentur homini bona quae Deus intelligit esse mala. Grego. Prorunque in conspectu sorbet æterni iudicis, quod intentione fugit operantis. 1. ad Corinth. 4. Nihil mihi conscient sum, sed non in hoc iustificatus sum. ¶ Tertia causa est, quia nescit homo qualis futurus sit finaliter, licet in præsenti sit bonus. Ecclesia. Sunt iusti atque sapientes: & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit. Intellige finaliter. Potest enim aliquis in momento cadere, & non adiiciet virtus surgat. ¶ Vbiqne timendum est, quia de quolibet statu aliqui damnantur. Ofec 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Et loquitur de inferno, Matt. 11. Duo in lecto, unus assumetur, & alius relinquetur. Lectum intelligas quiete contemplationis. Timendum est homini ex omni parte. Homo enim est sicut castrum vndeque portas habet per quas capi potest. Portæ istæ, sensus sunt. Est etiam hominem castrum obsidium vndeque ab hostibus. Sapientia 14. Ceteræ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Viri sancti non solum timent in malis, sed etiam in bonis. Job non Verebar omnia opera mea. Grego. Piarum mentium est, illi culpam agnosceré, ubi culpa non est. Idem: Si placere Deo veraciter cupimus, postquam peruersa subegimus, ipsa in nobis bene gesta timeamus. Greg. in 2. parte Moralium: Iusti omnino quod agunt metuunt, dum cautè considerant ante quem dicem stabant.

De speciebus Timoris.

C A P. III.

Notandum quod super illud Prou. 1. Timor domini principium sapientiae, distinguit Glo. Bedæ duas species timoris his verbis: Duo sunt timores domini seruiles, qui principium la-

pientiae
seruiles
pit, prim
ea char
in seculu
timet fil
Berna, in
Primus i
à visione
inimicu
Sed nec E
Vnde po
omnes sp
bonus ne
quo quili
meritori
Hoc tim
Iesus pau
aliquis ri
tur, Matt
er inimic
quâdeq;
rato est
nus est ve
que mor
ii. Qui a
negavit I
quarto, L
numis ein
Christum
tredent in
& genten
ix plus e
adoptioni
seruiles et
timet se h
de Augu
dorem se
uer fortis
torus est l
nō licet fi

pientiae est: & admirabilis, qui perfectione sapientiae comitatur. Seruilis principium est sapientiae: quia qui post errata sapere incipit, primò timore diuiso corripitur ne puniatur: sed huc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor domini permanens in seculum seculi, quem non excludit charitas, sed auget, quo timet filius ne vel in modico oculos amatissimi patris offendat. Berna, in sermonibus distinguit tres species timoris, his verbis: Primus timor est, ne cruciemur in gehenna. Secundus, ne exclusi in visione Dei priuemur tam inestimabili gloria. Tertius rapiet animam omni solicitudine timidam, ne forte deseratur a gratia. Sed nec Beda, nec beatus Ber. ponunt species timoris nisi diuini. Vnde possunt distingui sex species timoris, ut enumerentur omnes species timoris, siue sit timor bonus, siue malus vel neque bonus neque malus. ¶ Prima species timoris est timor naturalis, quo quilibet timeret naturaliter nocivum naturae. Hic timor non est meritarius, neque demeritorius, quia non subest libero arbitrio. Hoc timore timuit Christus naturaliter mortem. Marc. 14. Ccepit Iesus paure. ¶ Secunda species est timor humanus: quum scilicet aliquis timeret amplius debito corpori suo. Qui timor prohibetur, Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et procedit triunfo amore presentis vita. Et sicut amor presentis vita quodammodo est venialis peccatum, ut quodammodo est contra Deum. Quandoque vero est morale, ut quodammodo non est contra Deum: Ita timor humanus est veniale peccatum, quodammodo oritur ex amore veniali. Quodammodo mortale, ut cum oritur ex amore mortali. De quo amore Io. 11. Qui amat animam suam, perdet eam. Ex timore humano regavit Petrus Christum. Matth. vicesimo sexto, Marc. decimo quarto, Luc. 12. ¶ Tertia est, timor mundanus, quando aliquis nimis timeret rebus suis. Iste timor fuit in Iudeis qui occiderent Christum. Joan. cap. duodecimo: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Iste timor multum haberet cruciatus. Augustinus: Divinitate plus excruciant adeptam amissionis timore, quam concupitatem desperationis ardore. ¶ Quarta species est, timor seruilis. Timor seruilis est, ut ait Augustinus, quum propter timorem gehennam contineat se homo a peccato. Et iste timor non est cum charitate. Unde Augustinus loquens de hoc timore: Inaniter, inquit, putat vi- diorem se esse peccati, qui timore non peccat: quia si non impletur foris negotium mala cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas inutus est hostis. Id est: ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri: sed ideo non facit, quia non potest impune fieri. Nam

quan-

quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam prohibentem
que punientem. Et siique si mallet non esse iustitiam, quis de-
bitabit quod si possit, eam auferret? Ac per hoc quomodo iustus
est iustitiae inimicus? ut si potestas detur, præcipiente au-
rat ne comminatorem vel iudicatem ferat. Inimicus ergo iusti-
tiae est qui per timore non peccat. Amicus autem erit, si eius am-
are non peccet. Item super illud Psalmographi: Confige timore
tuo carnes meas, dicit glos. Timor legis seruili pædagogus
me precessit, qui ad califum duxit, sed non crucifixit carnemque
viuit peccati voluntas, & sequeretur opus si speraretur impun-
itas. Et secundum hanc glossam non solum vocatur timor le-
lis quando aliquis dimittit peccare timore penitentie futuri sed quo-
do dimittit peccare timore penitentie temporalis: ut faciebat mul-
ti in veteri lege, & ut sit hodie in multis religionibus. Roman
pitem 8. Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore & timo-
r servilis est quasi vestis de sacco, cum qua nullus ingreditur
regnum cælorum. Non licet bat indutum sacco ingredi aulan
Assueri. Esther 4. Quinta species est timor initialis quiescit
imperfecta charitate. De quo in Ioan. 4. Perfecta charitas for-
mittit timorem, quoniam timor penitentia habet. glos. Timor
illum de quo dicitur, Initium sapientie timor domini. Quo-
met quisque incipiens opera iustitiae, ne venia districcus iude-
& se minus castigatum damnet. Qui habet hunc timorem, timo-
puniri, & timet a Deo separari, quem iam amat: sed timor separa-
tionis principalior est. Sexta species est timor filialis, quod
cum perfecta charitate, qui secundum aliquem usum suum re-
nebit in patria. De quo in Psal. Timor domini sanctus perma-
net in seculum seculi. Qui habet timorem filiale, cauet officia
sancti patris celestis, sicut bonus filius, etiam si sciret ex illa officia
sancti malum sibi accidere. Cum illo timore securitas est quoniam
assit perfecta charitas. in Ioan. 4. In hoc perfecta est charitas De-
nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij quia sicut ille est
& nos sumus in hoc mundo. glos. Per hoc habemus fiduciam
quia imitamur perfectionem dilectionis eius in hoc mundo, an-
do scilicet inimicos. Vbi est perfecta charitas, deest remissio of-
ficiæ, & timor æternæ penitentie. in Io. 4. Qui timet non est per-
fectus in charitate. glos. super illud, charitas foras mittit timo-
rem. Perfecta charitas perfectam iustitiam facit: nec habet timo-
re, timet, sed desiderat. Dicuntur sancti maximè timere gehennam
quia maximè cauent ea quae ad gehennam ducunt. Greg. super
Iob: Mens plus illumina, plus timet. Hieronym. Prudenter
metur q
dicitur e
ratem. P
voluntas
digne ab
volentes
si fuga r
culpe, ti
timor ve
verò mal
timoris:
damni: &
Fuga p
Fuga ve
temporal
timorem
potest: Ti
Et intelli
cionem v
la. Si bon
malum est,
ritet ad t
num, si ill
num ver
illa bona
Si vero e
initiali
fialem.
immater
state. Gre
wendus e
omnis re
omnia su
stat autem
ante hom
tibi delap
tollere vi
hoc est,
miserit
tur, & er
conitur
metus

metur quicquid accidere potest. Vetus timoris filialis in patria, dicitur esse quædā resiliō à Dei altitudine in propriam patuitatem. Poterit tamen videri alicui q̄ timor filialis in patria, sit voluntas cauendi Dei offendit, vel quædam fuga spiritualis diuinæ altitudinis, qua scilicet electi refugiant se æquare Deo, volentes esse ei subiectissimi. Tert notandum, quod quum timor sit fuga mali, malum vero diuidatur in malum pœnae & malum culpe, timor filialis fugit malum culpe, scilicet Dei offendit: timor vero naturalis, naturaliter fugit malum pœnae. ¶ Fuga vero mali pœnae voluntaria pertinet ad alias quatuor species timoris: malum pœnae diuiditur in pœnam sensus, & pœnam danni: & utraque, dividitur in temporalē pœnam & æternam. Fuga pœnae sensus temporalis pertinet ad timorem humanum. Fuga vero pœnae sensus æternæ, ad timore seruilem. Fuga danni temporalis, ad timorem mundanum. Fuga danni æterni, ad timorem initialem. Item notandum quod timor sic describi potest: Timor est spiritualis fuga rei præpotentis vel excellētis. Intelligas rem præpotentem, quæ præpotens est secundū suspicionem vel opinionē timētis. Res vero illa vel est bona vel mala. Si bona, fuga illius pertinet ad timorem reverentia. Si vero malū est, aut fuga illius mali est bona aut mala. Si mala est, pertinet ad timorem humanū, vel mundanum. Ad timorem humanum, si illud malum pertinet ad ipsam personam. Ad mundanum vero, si malū illius pertinet ad damna reram. Si vero fuga illa bona est, & est sine charitate, pertinet ad timorem seruilem. Si vero est cum charitate, sed imperfecta, pertinet ad timorem initialem. Si vero est cū charitate perfecta, pertinet ad timorem filialem. Et notandum quod cum aliquid periculum homini imminet, ipse timere debet eum qui habet omnia in sua potestate. Greg. Quicquid est quod exterius fuerit, per hoc ille mendens est qui hoc interius disponit. Psalm. Timeat dominum omnis terra. Aug. Si creature sciant, Deum time, nō illas, quia omnia sub ipso sunt. glo. Cupiditatē nocendi per te habes: potest autē nocendi si ille nō dat, nō habes. Idecō Deus homo stās ante hominē, ait: Nō haberes in me potestatem, nisi esset datum tibi deloper. Nec etiā ipse diabolus vel viam ouiculam potuit tollere viro sancto Iob, nisi prius dicaret, Mitte manum tuā. Iob hoc est, da potestatem, i. Mach. 2. A verbis viri peccatores ne timueritis: quia eius gloria sterlus & vermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur. Esa. 8. Timorem eius, scilicet populi coniurantis contra me, non timeatis, neque paueatatis: dominum

exercituum ipsum sanctificate, ipse paor uester, & ipse terror uester. Item Isa. 51. Quis tu, vt timcas ab homine mortali, & a filio hominis qui quasi fenum arescet? Pro. 29. Qui timet hominem, citò corrue: qui sperat in domino, subleuabitur. Ita notandum quod Ioannes Damascenus distinguit sex species timoris, vnamquaque describens his verbis: Dividitur timor in sex species, in segnitiam, erubescientiam, verecundiam, admirationem, stuporem, agoniā. Segnitas est timor futurae operacionis. Erubescēria timor est in expectatione conutij. Verecunda timor est in turpi facto. Admiratio est timor ex magna imaginatione. Stupor est timor ex inconsueta imaginatione. Agonia est timor per casum: scilicet per infortium. De erubescēria dicit Ioānes Damascenus, quod est optimā passio. Philosophus de iuuene quodam: Erubuit, salua res est. Senec. in epistola Verecundia bonum in adolescentē signum est. Tullius in libro officiū. Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. Bernar. super Cantic. Nescio si quicquam gratius verecundia moribus hominum deprehendi queat. Verecundia omnium ornatus æratum: sed in tenera ætate amplius pulchriusque contescit. Quid amabilius verecundo adolescenti? quam pulchra hæc & quam splendida gemma morum in vultu adolescentis, quam vera & minimè dubia, bona nuntia spei bona indolis index est? Quid ita? turpiloquij & omnis deinceps turpitudinis fugitiuum. Soror est continentia. Nullū est æquè manifestum signum columbinæ simplicitatis. Et ideo testis est innocentia Lampas est pudicæ mentis iugiter lucens: vt nihil in ea ruge vel indecorum residere attenter quod non illico prodat. Item Verecundia spiritualis gloria est conscientia, fama custos, vir decus, virtutis sedes, virtutum primitia, naturæ laus, insignitus honesti. De erubescēria bona vel mala, require in tractu de superbia, ubi agitur de ornato mulierum.

De his quæ possunt incutere Timorem. De attendendis circa extremum iudicium. Et varietate, acerbitate, & infinitate penarum infernalium.

C A P. I I I I.

Dodecum sunt quæ possunt homini incutere timore: Primum est, consideratio lachrymarū Christi. Verisimile est stat illū valde pericolosum esse pro quo Deus fleuit. De lachrymā Christi, habetur Luc. 19. Vidēs Iesus ciuitatē, fleuit super illā. In Io. 11. Et lachrymatus est Iesus. Et 5. ad Heb. Cū clamore valido & lachrymis preces offerēs exauditus est pro sua reverēcia. Secundum partitum Dei filius, & plorat: homo patitur, & ridebit. Tertium